

# Liber

**Q**uæ plura genera. Ex iis cimoliæ duo ad medicos pertinentia. Candidū & ad purpurissū inclinans. Vis utriq; ad discutiendos tumores: & sistendas flutioes aceto assumptu. Panos quoq; & parotidas cohibet. Et lichenas illita:pustulasq;. Si nero aphronitru & cyprium ad misceatur & acetū: pedū tumores sanat: ita ut in sole curatio hæc fiat: & post sex horas aqua salsa abluatur. Testium nero tumoribus cypria cæra addita prodest & refrigerandi quoq; natura cretæ est: sudoresq; immodicos fistit illita. Atq; ita papulas cohibet ex uitio sumpta in balneis: laudatur maxima thessalica. Nascitur & in lycia circa bubonē: est & aliis cimoliæ usus in uestibus. Nā sarda quæ afferatur de sardania: candidis tantū assumitur. Inutilis uersicoloribus: est & utilissima omniū cimoliæ genere: preciosior umbrica: & quā uocat faxū. Proprietasq; faxi: q; crescit in macerādo: atq; pōdere emittur: illa mensura. Vmbrica nō nisi poliendis uestibus assumif. Neq;. n. pigebit hanc quoq; partē attinete: cū lex metella extet fullōibus dicta: quā. C. Flāminius & L. Aemilius cōsōres dedere ad populū ferendā. Adeo omnia maiorib; curæ fuere. Ergo ordo hic est. primū ablui uestis sarda: dein sulphure suffit: mox desquāmatur cimolia: quæ est coloris ueri. Fucatus. n. deprehēditur: nigrescitq; & effūditur sulphure. Veros át & præciosos colores emollit cymolia: & quodā nitore exhilarat cōtristatos sulphure cādidis uestibus faxū utilius a sulphure. Inimicū coloribus. Græcia p cimolia tympano utitur gypso. Alia creta argentaria appellatur: nitorē argenteū reddens. Est & utilissima qua circū præducere ad uictoriæ notā: pedesq; uenaliū trans mare ad uectorū donare istituerūt maiores. Talemq; plocum mimicæ scœnæ conditorē & astrologiæ consobrinum eius manlium anthiochum: item grammaticæ Taberium Erotēm eadem naue aduetos uidere proau.

Tympha  
co uel tim  
pheticō  
Theoph.

Amphio  
nem uetus  
lectio non  
habet.  
Menedox

Qui & quorum liberti præpositi. Cap.xviii.

**S**ed quid hos refero aliquo litterarū honore cōmendatos: Tale in catasta uidere Chrysogonum Syllæ: Amphionē. Q. Catuli interfectorē. Heronē. L. Luculi: Demetriū pompeii: augēq; demetii. q; & ipsa pompeii credita est & Hiparchum. M. Antonii Menam & mene- cratem. Sex. pōpeii: aliosq; deinceps: quos enumerare iā non ē: e sanguine quiritiū & p̄scriptionū licetia ditatos. Hoc est insigne uenaliciis gregibus: opprobriūq; insolētis fortū: q; & nos adeo potiri regum uidimus: ut prætoria quoq; ornamenta decerni a senatu iubente agrippina Cæsarīs uidetimus libertis. Tantūq; non cum laureatis facibus remitti illo unde cretatis pedibus aduenissent.

Terra gelata: terra clupea: terra balearica: terra ebusitana. Cap.xix.

Rætere sunt genera terræ p̄prietatis suæ: de qbus iam diximus. Sed & hoc loco reddenda natura. Et galata insula & circa clupeā africæ scorpiones necat: balearis & ebusiana serpētes. CAII PLINII SECUNDI NATVRALIS HISTORIAE LIBER. XXXVI.

PROOEMIVM.

Naturæ lapidū ac marmorū luxuria. Cap.i.

**L**apidum natura restat: hoc est præcipua morum insania: ut gemmæ cum suc- cinis atq; cristalli cū murtinis sileantur. Omnia nāq; quæ usq; ad hoc uolumen tractauimus homini aliqua ex causa genita uideri possunt. Montes natura sibi secerat ad quisdā compages telluris uisceribus densandis: simul ad impetus flumi- num domandos: fluctusq; frangendos: ac minime quietas partes coercēdas du- rissima sui materia. Cædimus hos: trahimusq; nulla alia quā deliciae causa: quos transcendisse quoq; mirum fuit. In portento ppe habuere maiores alpeis ab Hā- nibale experatas: & postea a cimbbris. Nunc ipsæ cædūtur in melle genera marmoꝝ. promōtoria ape- riuntur mari: & terum natura agitur in planum Euehimus ea quæ separandis gētibus p terminis cō- stituta erant: navesq; marmoꝝ causa fiunt: ac per fluctus sauvissimā rerum naturæ ptem: huc illucque portantur iuga montiū. maiore etiamnū uesania: quā cū ad frigidos pōtus uas petitus in nubila Cæ- loꝝ p̄ximæ rupēs cauātur: ut bibatur glacie. Secum quisq; cogitet quæ pretia horæ audiat: quasuehi- erahiq; moles uideat. Sed & quā sine his multoꝝ fuerit beatior uita: ad quāq; multoꝝ necesse sit necesse ista fecere: immo uerius pati mortaleis: quos ad usus: q; sue ad uoluptates alias nisi ut inter maculas lapidū iaceat: cœn uero nō tenebris noctiū dimidiæ parti uitæ cuiusq; gaudia hæc auferētibus. Ingens ista reputantē subit etiā antiquitatis rubor. Extant censoriæ leges glandia in coenis gliresque & alla- dicta minorā apponi uetates. Marmora iuehi: & maria huiꝝ rei cā trāsiri: quæ ueraret lex nulla lata ē.

Quis primus in publicis operibus ostenderit. Cap.ii.

**I**leat fortassis aliquis: non enim inuehebatur. Id quidē falso. ccclx. colūnas. M. Scanti ædili- tate ad scœnā theatri temporarii & uix uno mēse futuri in usu uiderūt portari silentio legūs

